



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De morte, funeribus & exequiis Christianorum, deq[ue] sepulchris honestè
habendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

qui non legitime excommunicavit, in tantum
abstineat à communione tempus, quantum
maiori sacerdoti visum fuerit, vt quod iudicium
fecit, ipse iuste patiatur.

IDEM IVSTINIAN. IN AVTH. DE NO-
nach. & Ascetr. §. certè si quis delinquat. coll. 1.

Qui frontem
in delectis per
fricuerunt ex
communione
Christianorū
pelli debere.

SI delictum (transgressoris) atrocius sit, quam
quod medela reparari possit, tunc à be-
rum cohabitatione prorsus expellatur, vt
seipsum à melioribus ad deteriora committat,
ipse solus improbitatis suæ fructu capiat,
vitiis suorum aliquid ceteris contage
adfricet: quemadmodum peste laborantes
incurabiliter agrotantia solent pecora.

IDEM IN AVTH. QVOM. OPORT. ETC.
& cler. &c. §. si quis autem. coll. 1.

Calumniator
excommuni-
catur.

Qui sine probatione imponit ordinationem
& ipse quidem cader de sede sacerdoti-
tali, reus autem erit Deo &c. Si quis autem
minatione facta probetur calumniator, ex-
gatur in perpetuum à sacra communione
falsitas impunita sit.

DE MORTE, F- NERIBVS ET EXEQVIA

ARgumentum quod viventium operibus
defunctis etiam prodesse creditum sit in
Ecclesia, habetur vel ex eo, quod cum olim
viri amplissima quandoq. et iuxta facultatem
relinquebāt legata vxoribus easq. iure iurandi
gebāt, ne ad secunda matrimōia conuolaret.

imperatori iniquum (vt reuera est) visum est, cum
 matrimonia debeant esse libera. Tametsi nec illud sine
 ratione admissum fuerit olim, vel ex iis intelligi po-
 tuit, quæ Iustinianus ipse dicit: Mirandum scilicet
 mulieres secundo nubentes tantæ impietatis esse, vt
 suo maxima negligent, defuncti memoriam & cha-
 ritatem filiorum. §. si aut tutelam. Auth. de nupt.
 ill. 4. Defuncti enim animam ex secundis nuptiis
 uxoris contristari. §. Quæ verò nunc, eod. tit. Item
 nouissimi sceleris esse, despiciere voluntatem defuncti
 et fluctuantem, vt ei detur licentia nubendi, & ac-
 cipiendi quod relictum est, & per omnia contristandi
 irrorem maritum. per text. in fin. d. §. quibus addit
 Accursius: propter secundum matrimonium fieri de-
 functo iniuriam marito. glo. ibid. sup. ver. & de-
 functi. Veruntamen coniugium ob legata morien-
 tium, vel similia impedimenta constringi, tum pro-
 pter libertatem matrimonij, vt dixi, tum etiam ob
 nouellarum mulierum feruorem (vt Iustinianus lo-
 quitur) durum visum est. Eum itaq; morem, vt pa-
 rum æquum, pub. lege sustulit: Videntes, inquit, plu-
 rimas mulieres desiderio nuptiarum, non propter fi-
 liorum procreationem, sed propter necessitatem et in-
 tentes & nubentes, & transcendentem morientium
 voluntates, existimauimus prius interim sacratio-
 nem mederi partem & periurium eis cohibere, nec si-
 nere talia subire iuramenta, in quibus omnino periur-
 rium promptum est. Tandem: Considerauimus oportere
 defuncti animæ mederi, &c. Hac Iustinianus
 imp. in d. Auth. de nupt. §. quæ verò. vers. nos igitur
 videntes. Si itaq; pius ille princeps ratus est animam
 defuncti

Animæ de-
 functæ me-
 dela,

m
 r
 n
 t

 c
 r
 ū
 m
 m

defuncti irritato voto contristari, & iustitiam
sua constitutione subleuari, ea ratione, quam
lixius recenset: quanto magis eam subleuari ve-
dendum est in ceteris huiusmodi per pias
orationes, eleemosynas, et si qua his Christiana
sunt similia. Porro, quemadmodum piorum
torum simulatq; veterum Iurisperitorum
& necessitate exigente, multiplice legum
humanis cautum atq; prospectu est, ut quae
errore, vel malitia, vel etiam fatali fortuna
emergeret, quod aliquam inter homines
siam excitaret, illarum legum, tanquam certis
qualibet difficultates expedirentur, & cum
dam resolverentur: ita quoq; eorundem
tiaq; ut humanis necessitatibus nihil, quae
fieri posset, deesset: quid etiam in hominum
& post mortem quoq; agendum foret, dispo-
Quarum legum cumulus haud minima partem
deffarum occupat. Nam in ea parte, quae
Barbaro seculo Infortiatum dici consuevit,
quam viginti sex libris continentur leges, qua-
bus negotiisq; finestis, scilicet, bonis defunctorum
causis hereditariis tractant. Sed quemadmodum
ta funera, exequias & sepulchras nos habere
mus amplius constitutum est ab iisdem Princi-
quorum leges partim in libris Iustinianae
Theodosiani Codicis, partim in collationibus
ticorum contenta sunt. De exequiis quidem
neribus in Auth. De impensis quas fieri oportet
defunctorum funerationibus. Item de officio
tabernis Constantinopolitanis. §. sancimus. De

Leges vivis et
mortuis pro-
spectum esse
voluerunt.

Leges de exe-
quis.

is & Ascetis: eaq̄ omnia in coll. 10. De sepultu-
rō vero in l. Nemo deinceps. C. de Episcop. audient.
l. 2. cum l. seq. C. de sepulchr. viola. & l. diligen-
t. Nouell. Valentini Imp.

Earumq̄ legum & constitutionum textus ideo
steris capitibus adijcere placuit, vt harū ignari neq̄
de Leo Catholicis de priscis Ecclesia ritibus, caremo-
nis & pietate testimonia iuris deesse scient: postea
nam a recenter natis Euangelicis captum est negari
mōtē valere vel exequias, vel preces, vel Elee-
mosynas: neq̄ vllum esse purgatorium, neq̄ honesta-
m funerum, vel sepulchrorum commodum curan-
dum: perinde enim esse, quomodocunq̄ mortuus esse-
rit, vel vbiq̄ locorum putrescat Christiani ho-
minis cadauer, hinc funera sua multis in locis, velut
in mortuarum bestiarum cadauera efferrī videntur.

Qua equidem tacitū de se præbent iudicium, cadauera
non magis esse curanda, sed flocci facienda, cum
non ad gloriam, sed opprobrium sempiternum, non ad
vitam, sed mortem sint in tremendo illo die resurre-
ctura. Dum enim ritus Ecclesia, veram pietatem re-
spicientes illi insipienter contemnuunt, Diogenem illum
Cynicum imitari maluit, cui cum persuasum esset post
mortem nullum esse sensum, proijci se inhumatū ius-
sit amicis interrogatibus, itane volucris et feris expo-
nere vellet? minime verò, inquit, sed baculū prope me
non abigam, ponitote. Qui poteris, illi aiunt non enim
vires. Quid igitur ferarum mihi, respondit, lanatus
erit nihil sentienti? Verum Cynicis istis hominibus
non à veteribus quàm nostri aut Theologis ita respō-
sum est, ita illorum canina argumenta cōfutata sunt,

vt ma-

Euāgelici me-
ricum detra-
hūt exequias,
precibus et E-
leemosynis.

Hæreticorum
de resurrectio-
ne iudicium.

Euangelici
quād o se Cy-
nicos demō-
strent.

Cicer. lib. 1.
Tusc. quæst.
& Laert. in
vitis Philoso-
phorum.

in
ri
ad
ti

c
r
ūc
in
m

ut manifestum sit, quicquid aduersus ecclesie la-
tam consuetudinem blaterant: id eos non ex scri-
pturarum literarum, sed lacunis iam olim damnatis
hereticorum hausisse. Veteres proinde Christiani-
nera suorum mortuorum non ita nude, sine omni pœ-
ceremoniarum, vel comitatu cleri exportasse. Ma-
cet Christianissimus princeps Iustinianus, qui ma-
ximum bonorum operum esse existimat, curare solet
in Christiani hominis funere perperam administrari.

Studium Iu-
stiniani in cu-
ra Christiani
funeris.

Quare piētissimos Imperatores Constantinum
atq; Anastasum se imitari gloriatur, quod
perpetuò cōseruandam religiosam Christianam
pompā olim amplissimos reditus constituerunt.
Itaq; morem atq; ritum à Christianis maioribus ac-
ceptum, proluxa constitutione (quam de imperio
Haloander vertit, de exequijs, quas fieri oportet
defunctorum funerationibus, inscripsit) confirmat
atq; firmat. Ecclesiarum quoq; æconomos huius
negotij curam habere velint, ne quicquam
rum, quod vel in hac parte Christianam honorem
atq; decus minuere possit, omittatur.

IUSTIN. IN AVTH. DE HAERED.
Falc. §. Hæc quidem, coll. 1.

OMnibus hominibus terminus vitæ
est.

IDEM IN AVT. DE MONAC.
§. hinc autem, in fin. coll. 1.

Non facilis est vitæ hominum mutatio
cum animæ labore fiat.

IDEM IMP. IN AVTH. DE NVT.
§. deinceps, in prin. coll. 4.

Mors omnia soluit.

THEOPH.

THEODOS. ET VALENTIN. IMP. IN
suis nouell. 2. de sepulchris. in prin.

Vis nescit quietas sollicitari funestis ausibus manes.

IMP. IVSTINIAN. AVG. IOANNI SACRORUM per Orientem prætoriorum præfecto, iterum Exconsuli & Patricio.

AVTH. DE IMPENSIS, QVAS FIERI oporteat in defunctorum funerationib. coll. 10.

Si quid vsquam est bonorum operum, id oportet, volente Deo, per nos initium capere: conueniet item, vt ea bona quæ per alios cœperunt, si his immineat exitium, per nos denuo restaurentur, & in veterem reducantur ordinem: vt semper nobis vel ipsa rei confessione, vel restauratione ad præclaras actiones contendendi facultates adsint. Cuiusmodi sanè quiddam cum & in defunctorum funerationibus perperam administratur, corrigere id visum est, & hominibus exinde largiri, ne geminam incommoditatem sustineat: tum suos amittentes, quàm etiam illorum nomine subeuntes dispendia. Sed quod diuus Princeps Constantinus rectè excogitatum disposuit, & postmodum Anastasius piensissimus Princeps confirmauit, adiecto insuper & reditu: id nos ruinam minitans restaurare simul, & vndique ad stabilitatem redactum conuenientibus adstringere iuramentis properamus, efficientes ea re, vt immortale permaneat. Nam cum piensissimus Princeps Constantinus nongentas quinquaginta officinas ex diuersis collegiis huius

Hanc constitutione breuiter repetit Iulian. in nouell. l. 3.

Defunctorum administrationem malè administratà corrigere debere.

De his officinis eorumque decan s etiam fit mentio ab

Imp. Hono-
rio & Theo-
doso in l non
plures. C. de
sacrof. Eccles.

huius almae vrbis sacrosanctae maiori Ecclesiae
cum immunitate dederit. Anastasius quoque
item pietissimus Princeps non solum officina-
nis illis centum quinquaginta alias appon-
dit, sed etiam pro liberalitate sua per duas sy-
nagmaticas formas certum redditum constitu-
it, ut aurum ex eo redditu redactum in eam ma-
nam proficiat, quae à Dei amantissimis mi-
nistris datur his, qui circa hoc laborant: et
vndique nos adierunt, dicentes rem non pro-
cedere aequabiliter, neque defunctorum funda-
tiones absque pacto mercede celebrari, quum
tius amarulente mercedes exigi, multa etiam
extrinsecus inueniri nomina & collegia, quae
vel in medio luctu ab inuitis exigant, & his
qui dare non possint, ut dent, vi compellant.
Hac nos conuenienti correctione dignas-
simam putauimus. Inde adeo primum officinas
sacrosanctae maiori Ecclesiae officinas im-
minutionem & deminutionem perpeffas, ad
integrum numerum reparauimus, constituta
hac sacra forma ad praefecturam vrbicam
& omnibus modis ea vna cum obsecratione
illi cohorte mille & centum officinas De-
uotissimis defensoribus, & economis
dictae sacrosanctae Ecclesiae tradant: officina-
tis quidem officinis cum corporibus praefecti-
dis Dei amantissimis defensoribus, tres
verò pietissimis erga Deum economis
Dei quidem amantissimi economi tres
illas officinas & redditum ab Anastasio

sissimo Principe donatum in fructu habeant,
 nihil amplius ob deminutum conquirentes
 numerum, sed in supplementum habentes, quae
 praebent trecentarum officinarum, tam decanis, quam
 reliquis catibus menstruarum praestationum
 rogationem faciant: Dei vero amantissimi
 defensores ad manum habentes octingentas
 officinas, tam lexicarios, ut vocant exhibeant,
 quam reliquum ministerium, quod defuncto-
 rum exequiarum requirunt, sufficiant, quo magis
 ea re defunctos à damno asseramus, & iniuria.
 Eas igitur praedictas mille & centum officinas
 Dei amatissimis Oeconomis & defensoribus
 absque vlla temporis praescriptione, cum immu-
 nitate, & citra deminutionem custodiri, & si
 quocumque modo aliqua interciderit, lumen ue-
 ritatis commertium à gloriosissimo huius almae
 Urbis praefecto suppleri recuperarique oportet,
 ut Dei quidem amantissimi Oeconomis, fun-
 dorum, qui sepulturis attributi sunt, ad mini-
 strationem habentes, habentes item & à vesti-
 galium praestatione immunes trecentas offi-
 cinas, defensores vero octingentas alteras, utri-
 que defunctorum exequias rite gubernent.
 Omnimodò sanè quod ex annuo fundorum
 redditu provenit, à Dei amantissimis Oecono-
 mis in sepulturarum usum conferatur, que-
 madmodum inferius in progressu dicemus,
 apponentes nonnihil de trecentarum offi-
 cinarum redditu, prout de facto hi à nobis capere
 petierunt. Ac quoniam de mille & centum of-
 ficinis,

ZZ ficinis,

Ministeriū
 ad defun-
 ctorum exe-
 quias rite
 perficiendū
 ut defuncti
 à damno et
 iniuria asse-
 ranter.
 De refectione
 luminis
 apud sepul-
 turas.

Singulares
 constituti re-
 ditus in usum
 sepulturarum.

ficinis, quæ in alma hac vrbe sunt, pleræque
 tercederunt: præcipimus in præsens, vt haec
 pleantur, & Dei amantissimis Oeconomi
 pientissimisque erga Deum defensoribus
 (quomodo à nobis dictum est) mille & cen-
 tum officinarum numerus indeterminatus, ut
 simplicissimè diuisus cõseruetur, ne quo pacto
 pauciores Decani siue copiatæ quam necesse
 genti, Dei amantissimis defensoribus attribui
 ti sint: pro trecentis autem illis, quæ Dei ama-
 tissimis viris Oeconomis assignantur, siue of-
 ficinas in corporibus percipere velint, vel om-
 nes, vel quasdam ex his, siue ferre per caritas
 vt vocant, excusatarum officinarum, vel cen-
 nium, vel quarundam pecunias: Insuper
 & hæ circa defunctorum exequias, vt ex his
 pecunijs simul & fundorum prouentibus dis-
 tributio fiat in decanos, ascetrias, canonicos
 acoluthos & alios, prout inferius in progre-
 constituimus. Nam cum digestis in ordina-
 rationibus Dei amantis, Oeconomi ostendunt
 rint impossibile esse, vt ex fundis de cetero
 redditus colligatur: merito trecentarum necesse
 ficinarum addidamentum huic parti attribuimus,
 vt quod hætenus circa cadauerum cura
 nem laborantibus dabatur, citra reprehensio-
 nem deinceps quoque præbeat, per singulos
 scilicet menses tam decanis et acoluthis quam
 canonicis & ascetrijs, & alijs, pro consuetu-
 ne hætenus apud ipsos obtinente: hoc de
 canis quidè per singulos menses solidos septem

Quales per-
 sone reditib.
 alebatur pu-
 blicis, ad de-
 functorum
 exequias cu-
 randas.

...nta duos : ascetrijs & acoluthis solidos non-
...ginta vnum, & canonicis solidos triginta sex,
...qui quidem ab ipsis Dei amantissimis colligā-
...tar oeconomis, solvantur verò per singulos sex
...mensis, quibus & antea percipi consueverunt.
...Ex post multa: Sed vt totū discernamus (Impe-
...rator inquit) sancim⁹, vt vnicuiq; feretro, quod
...gratis conceditur, vnum accedat ascetriarum,
...aut canonicarum ascetrium, non minus octo
...mulieribus feretrum præcedentibus, & psallē-
...tibus, & tribus acoluthis, qui nec ipsi quicquā
...accipient. Si quis verò ex defuncti cognatis &
...affinibus, qui elationem procurant, velit sua
...sponte, nemine cogente, aliud insuper ascetri-
...um, vel vnum, vel duo, vel plura assumere: esto
...illud quidem in ipsius positum munificentia.
...Ceterum neq; hoc inderminatam relinqui-
...mus, eandem hic quoq; mēsuram in ascetrijs,
...canonicis & acoluthis, qui per munificentiam
...assumuntur, esse volentes, quam supra defini-
...uim⁹: ne pauciores scilicet quā erōcto ascetria,
...vel canonica ex vno quoq; ascetino assuman-
...tur, & tres ad vnum quodq; ascetriū acoluthi.
...Dentur autē ascetrijs siue canonicis, quæ ultra
...ipsam asceterium, quod gratis ministerium
...funeratiōni præbet, assumuntur: siquidē intra
...novos muros huius almæ vr̄bis elatio peraga-
...tur, vsque ad tres solidos: nihil ex hoc penitus
...transferentibus acoluthis, neque parentibus ista-
...rum reuerendis, ascetrijs & canonicis, sed
...acoluthis, qui post tres illos gratis funeratiōni

zz 2 mini-

Quantum
quibusq; so-
lutum sit cle-
ricis circa ex-
equias.

De pompa
funebri so-
lita fieri in
vrbe Con-
stantinopo-
litana cum
clero & de-
cantatione
psalmodiū.
Ascetoriū,
vel Ascetriū
locus fuit in
quo aleban-
tur mulieres
canonicae,
seu mona-
stica, quæ
subinde ad
pietatis stu-
dia exerce-
bantur.



gefima quar-
 ta pars solidi.
 Alcia. in l. fru-
 mēta. vcrf. Si-
 liqua ff. de
 verb. fig. Nec
 abfimile pre-
 fecti moneta-
 les et aurifices
 etiamnū ca-
 racton (arri-
 carat) vigesi-
 mā quartam
 auri puri, vo-
 cant. Fertur
 autē siliquam
 genus mone-
 tae fuisse, qua
 vti fuerint p-
 uinciales Cō-
 ftātinopolita-
 ni, cū imagi-
 ne sanctae Ho-
 lenae. glo. in §
 sportularum
 auth. de san-
 ctis Epi. col. 9
 Copiasta. sci-
 licet qui effe-
 rēdis defun-
 ctorū cadaue-
 rib. la. fitudi-
 nē quandam
 contrahunt.
 Solidus pau-
 reo sumitur,
 quorū septua-
 ginta duo li-
 brā cōficiēbāt
 iuxta l. quoti-
 es. C. de sus-
 cept. lib. 10.

ministrantes assumuntur, siquidem tres
 sint tribus siliquis contenti: si sex, siliquis
 vt ad eum modum quacūq; hoc conce-
 ita deinceps gerantur ordine. Illud sane ma-
 festum est, si maius intervallum sit, & quibus
 tro inseruiunt decani, plures sint, & plura
 teria: quod propter huius pondus & ipsius
 lulum dabitur, ad similitudinem ascetiarum
 qua circa funerationem laborem sustinent
 propter distantiam & ipsi copias videantur
 exinde non nihil habere solatij, videantur
 tem intra novos muros, & terminum Iuffi-
 nāum & Ficus, quandoquidem non longe
 stant, neque opus est longiore tempore, ma-
 iore uē labore, vt illo perueniatur. Si vero
 tra novos muros huius almae vrbis, aut ad
 os terminos quam dictum est, elatio fiat, p-
 ascetriae quidem siue canonicae tres & dimi-
 um solidum perficiant: neque hic quicquam
 omnino communionis habentibus acoluthis
 Iphis autem acoluthis ad singula ascetriae
 ternas auferentibus siliquas & praeterea
 secundum praedictam diuisionem ascetriae
 tribus acoluthis feretrum gratis praebitum
 quente, & omnino illi accedente per octo
 trias, siue canonicas, & tres, vt dictum est,
 luthos, nihil prorsus auferentes, aut per
 nem carcerum exigentes, aut sub alio vel
 to quemcūque exactionis modum ex-
 tantes. Haec autem omnia de his tantum
 nimus, qui non per ambitionem & mun-

nam magna illa duo feretra in præciosarum
 rerum thesauro recõdita, nempe gloriosa me-
 moriæ studij, & magnificæ memoriæ Step-
 hani, requirunt. Si quis enim illa habere cupiat, vt
 eorum & multis hominibus indigeant, & maio-
 rem custodiam, atque in summa plenam ne-
 gocij obseruationem desiderant, hoc prædictis
 non connectimus: sed quasi qui ambitiosius
 mortuos suos efferi gestiunt, quicquid pro la-
 bore se decanis aut reuerendissimis ascetrijs
 aut canonicis daturus compromiserint, tan-
 tum & præstent: vt tamen id ipsum in duobus
 feretris studij & Stephani duodecim solidorũ
 quantitatem excedere nequeat. Pro eo verò
 quod auro intertextum est, quod in sacrosan-
 cta maiore Ecclesia reponitur, siquidem vno
 solo in eius locum (vt probabile est) apparã-
 do, quatuor solidos: ascetrijs autem siue cano-
 nicis, siue acoluthis duplo maiora, quàm ante
 de ijs præfiniuimus, ferentibus: vt videlicet
 ipsum quoque ascetriarum, seu canonicarum
 asceterium, quod gratis cætera feretra præce-
 dit, eandem quantitatem percipiat, quam &
 reliqua asceteria. Eodem hoc, quod prædixi-
 mus, & in acoluthis obseruando, vt hi duplum
 eorum, quæ iam à nobis constituta sunt, aufe-
 rant: nimirum si id in quo funerario peragi-
 tur, vnum de tribus illis feretris sit, hoc scilicet
 volente eo, cui funerationis cura incumbit.
 Necessitatem scilicet tantummodò habenti-
 bus Dei amantiſsimis defensoribus, vt deca-
 norum

Nicep. li. 1 5.
 ca. 1 3. memi-
 nit cuiusdam
 studij, qui Cõ-
 stantinopoli
 aliud præcur-
 sori templũ
 erexit. Fite-
 nim mentio
 cuiusdã Ste-
 phani Patri-
 archæ Con-
 stantinopoli-
 tani in argu-
 mento libri
 2 2. qui liber
 tamen dede-
 ratur.

norum corpora ex octingentis illis officibus, quas ipsis assignauimus, & item fetetra habebant, non autem ut sumptum aliquem impendant: Dei verò amantiſſimis & con omnis cogitatio, ut tam ex reditu è ſacraſiſſimo Principiſſimo naſtaſio, relicto, quam ex trecentis officiſſimo prædictas perſonas, ſecundum à nobis inſtitutis conſtitutam diſtributionem, omnem fatas impenſas faciant. Ita nihil inde emeritum erit: Sed & qui moderatores ſepulchra fieri volunt, ex hac diſpoſitione fruſtra erunt, & qui ad ambitionem reſpiciunt, non inde magnis inuoluentur diſpendijs, ſed certum modum munificerunt. Hæc nos præſertim de officiſſimo, quàm redditibus, & ſalarum elationibus, ſiue gratis, ſiue cum quibus ambitione peragantur, definiſſimus. Vt officinarum numerus nullo vnquam tempore diminutionem patiat, cuſtodes eius reſtituimus non tantum glorioſiſſimum huius almae vrbiſſimo præfectum, & obtemperantem cohortem, ſed etiam multò magis ex ætate am tuam, & qui vnquam hoc dignitatem gium, cui tu modo præſes, tenuerint. Et per poenam cohorti tuæ quinquaginta aurei irrogamus, ſi negligentius egerint: triplicem contra eos, qui vnquam thronum ſuſcepturi ſunt, quo minus committantur ſecundum à nobis dictam diuiſionem centum officiſſimo numerus deficiat. hoc doceatur, ut vel ipſe, vel ſucceſſores hanc reſſimo prouidentia conferat, procuretur.

Semper fune-
 ratiõs ita fu-
 iſſe conſtitu-
 tos Conſtan-
 tinopoli vt
 pompa fune-
 bris medio-
 criter, & gra-
 tis, vel etiam
 ſumptuoſius
 haberi potue-
 rit.

per omnia is sine deminutiōe, sine onere, sine
 machinatione aliqua, tūm per excellentiam
 tuā, tūm per quāuis aliā personā permaneat, ne
 exinde noua oboriatur occasio, vt præter defini-
 tionē nostrā denuò merces p̄ personā alicuius
 inuentione dāda sit: nulla inter defunctorū p̄-
 sonas distinctiōe introducēda, siue diuitijs af-
 fluant, siue premātur inopia: nisi forte (vt dixi-
 mus) vnū ex trib⁹ illis feretris diligāt, in quibus
 ipsi cōuenientia disposuim⁹. Volumusq; illa et
 ad hunc modū et absq; præfinitōe tēporis im-
 mota manere et eterna. Atq; facta hac pragma-
 tica lege in perpetuū valēte, quandiu homines
 sunt, quāq; diu magnū illud et longe celeberrimū
 Christianorū nomē inter homines habebit, quotidie etiā
 domini Dei benignitate incre-
 mentū accipiat. Huic videlicet negotio præ ce-
 teris omnib; ipso religiosissimo Patriarcha hu-
 ius alme vrbis prospiciente, ne hac causā p̄ sa-
 cerdotali potestate vsus cōmittat, vt ab vlla p̄-
 sona, vel sacerdotali, vel magistratu decorata,
 vel quacunq; in nostra delinquatur cōstituta.
 Sed vt & ipsa maiestas imperatoria in tam am-
 plam dignitatis & honoris sedē cōuersis oculo-
 bus, quicunq; tandē imperijs scepra tenebit, huic
 rei prouideat, decernimus. Neq; enim p̄ defun-
 ctis tantum istud, sed etiā pro viuentiū, adeoq;
 imperitantiū salute est, vt omnimodo pia actio-
 nes ad effectum deducantur, neq; præclara ma-
 iorum instituta per negligentiam posterorum
 depereant. &c.

IDEM IVSTINIAN. IN NOVELL. DE OF-
 ficin, siue tabernis Constantinopolit, vrbis, coll. 10.

ZZ 4

Quoni-

Quoniam potentia nostra subditi nobis
sive uiuant, sive moriantur, cura

Sepulturae ne
nimis sint
grauis & da-
nosa,

Lecticarij fue-
runt, qui le-
cticas vel fe-
rera mortuo-
rum gestabant
vel fabricabantur: horum fit
enim mentio
in l. si ex toto
ff. de leg. 1. &
Alliciat C. de
excus. artif.
lib. 10.

Ecclesia Pa-
triarcalis
Constantino-
politana
1100. habuit
officinas, qua-
rum homines
funera & ex-
equias mor-
tuorum cu-
rabant.

ne vel graues ipsis sepulturae, vel defunctio-
gnatis damnosa existant, propterea & in-
qua eorum sepulturam concernunt, quo con-
uenit modò disposuimus. Et qua tam diu
memoriae Constantinus amplè huius moris
urbis candidior, quam etiam piensissimus Prin-
ceps Anastasius lecticariorum, seu decanum
(ut vocat) numerum ad certam mentur
degerunt, mille & centum tantummodo detu-
nis, totidemq; officinis definitis, ut nullo
vnuquam tempore augmentum reciperent, pro-
pterea sanè cupientes, ut numeros eorum, quos
ex vnoquoq; collegio cõuenit esse lecticarios,
diuinae memoriae Anastasij formulae subiaceret
firma ea & fixa manere voluimus. Ceterum
quia aduertes nos alma huius & regiae nostrae
urbis collegiati, quorum excellenter & praestanti-
teris curam gerimus, potentiam nostram excu-
cuerunt, magnam & intollerandam se necessi-
tatem sustinere. Sacrosanctam etenim matris
rem Ecclesiam centum & mille officinas in
ctu habere ab omni vestigali liberam, quas
piddò quàm libenter illi concedant, eò quòd
peragendas in commune omnium hominum
exequias proficiant: sed cetera se onera
non posse &c. Et post alia.

Quoniam diuus Princeps Anastasius
statura ab ipso formulae nulli omnino a libe-
munitate concedat praeter centum & mille
ficinas

cinas, quæ per caussum exequiarum sacrosan-
te maiori Ecclesie attributæ sunt. Ea propter
nos putauimus, tum proceribus nostris, &
super beatissimo huius almae vrbis Archie-
piscopo id negocij dandum, vt certo loco con-
ueneret, & rem ipsa examinarent, atq; placida ad
nos sua referret, tum ad excellentiam tuam præsen-
tendum lege, confirmantes ea quæ Anastasio
plenissimo in hoc principi placuerunt. Et san-
ctimus vt centum quidem illa, & milla officina sa-
cro sancta maiori Ecclesie occasione decanorum
sive leuicariorum, & ad peragendas defunctorum
exequias deputata, omnibus modis integro
numero & omni præstatione libera conserue-
tur; præter ipsam nulla alia queunte Decanum
exigere, siue ex hereticis recepta, siue quacumq;
sacro sancta Ecclesia. Sed quod nuper constitui-
mus, valeat, & octingentæ quidem officina cor-
pora præstent, trecentæ autem in exactione pecu-
niarum consistant. Nam quod exinde corradit-
ur, ad quid proficere conueniat, sacra nostra
pragmatica forma disposuit &c.

DE IMP. IN NOVEL. DE MONACH.
& ascetr. &c. §. sancimus tamen. Coll. X.

Ed neq; aliam ingressuum occasionem ex-
cogitanto, vel viri in muliebria monaste-
ria, vel mulieres in ea quæ viris deputata sunt,
per causam eorum, quæ peraguntur circa exe-
quias, quas scilicet memorias appellitant, in
tertium nonumq; diem conuenientes: item cum
quadraginta excesserint, aut etiam annus: cum
dicat, siquidem muliebri monasterio sit, mu-
lieres omnia peragere: si virile, viros &c.

Lecticiarios
defunctorum
à ciuilibus o-
neribus im-
munes esse.

Exequiæ di-
cuntur defun-
ctorum me-
moriam.
Notandum hic
apud Grecos
in exequijs
obseruatum
fuisse diem
tertium, no-
uum, quadra-
gesimum & ani-
uersarium.



DE SEPULTVRIS
CHRISTIANORVM HONORATE HABENTIS.

VALENTINIAN. THEODOS. ET ALII
d. l. Imp. in l. nemo deinceps. C. de Episc. aut. d.

Violatores sepulchrorum quo quis tempore etiam festivo, in vincula detur, neque ulla relaxatione gaudere. Ead. l. in C. Theod. Pena serui violantis sepulchrum, Aedificium si feco cedit, in quod sepulchri alicuius fragmenta violati illata sunt. Pena iudicium non vindictarum iniuriam sepulchri violati. Hac lex etiam est in c. Theodol. Violatores sepulchrorum duplex facinus committunt. Pena diripiendus partes

Nullam accipiat, etiam in die festo, vinculorum requiem, qui quiescere sepultos quodam sceleris immanitate non sinit.

IMP. CONSTANTIVS A. IN L. C. de sepulch. violata.

Si seruus in demoliendis sepulchris fuerit prehensus, si sine Domini scientia factum metallo addicatur. Sin vero Domini auctoritate vel iussione vrgetur, relegatione plectatur. Et si forte detractum aliquid de sepulchro domum eius villamque prouectum repererit, villa siue domus, aut aedificium quodcumque erit fisci iuribus vindicetur.

IDEM IN L. SI QVIS SEPULCHRUM C. eod. tit.

Si quis sepulchrum violaturus a trigentis rum iudices si hoc vindicare negligenter minus quam viginti librarum auri in sepulchrorum violatores statuta poena multentur, vt eam largitionibus nostris inferre cogantur.

IDEM IN L. SI QVIS SEPULCHRUM C. eod.

Qui sepulchra violant, domos (viri- rim) defunctorum: geminum vitium facinus perpetrare: nam & sepultos sepulchro destruendo, & viuos polluunt fabricantur, quis igitur de sepulchro, abstulerit saxa, marmora vel columnas, aliamue quam

materiam fabricandi gratia: siuè id fecerit venditurus, decem pondo auri cogatur fisco inferre: siuè quis propria sepulchra defendens, hanc in iudicium querelam detulerit, siuè quicumque alius accusauerit, vel ad officium nunciauerit, quæ pœna prisca seueritati accedit. Nihil enim detogatum est illi supplicio, quod sepulchrum violentibus videtur impositum. Huic autem pœna subiacent & qui corpora sepulta, aut reliquias contrectauerint.

IVLIANVS IMP. L. PENVLT. C. EOD. P. Ergit audacia ad busta defunctorum & ageres consecratos: cum & lapidem hinc movere, & terram euertere, & cespitem euellere, proximum sacrilegio maiores nostri semper habuerint: sed ornamenta quædam triclinijs, aut ponibus auferre de sepulchris. Quibus primo consulentes, ne in piaculum incidat contaminata religio defunctorum: hoc fieri prohibemus pœna sacrilegij cohibentes.

IVSTINIAN. IMP. IN L. FI. C. dicto tit.

In iustum & nostris alienum temporibus est, iniuriam fieri reliquijs defunctorum.

IMP. THEODOS. ET VALENTINIAN. A. A. Albino I. L. P. P. & Patricio.

Diligenter quidem legum veterum conditores prospexerunt miseris, & post fata mortalibus, eorum qui sepulchra violassent capita persequenda. Sed quoniam noxiæ mentes cæco semper infacinus furore rapiuntur, & se ad pœnas dudum statutas existimant non teneri necesse est seueritatem nouari, quam

sepulchrorum
vt alijs ædificijs apter.

Crimē sepulchri violati sacrilegio proximum esse. Lex ista etiā inserta est C. Theod.

Secundū caput huius legis Iuliani, quod a fide defecit Christiana: quo capite prohibetur in exequijs conferta populi frequentia, quasi à religione Christiana abhorrēs, detraxit Iustinianus. Mortuorum reliquijs non debere fieri iniuriam. Hæc lex est ex nouellis Imp. Valentiniæ.

quam videmus haec tenus impunè contenta.
 Quis enim nescit quietos sollicitari funibus
 ausibus manes? Et horribilem violentiam in
 functorum cineribus inferri? Luce pallida
 pulchra caduntur, & quicquid religio veteris
 usum licentia traxit sacrilega praesumptio
 nis malorum nec iam mortuis datur, in quibus
 supplicia constructio miseranda sedis expulsa.
 Scimus enim, nec vana fides est, solutas mens
 bris animas habere sensum, & in originem
 spiritum redire caelestem. Hoc libris veteris
 pietatis, hoc religionis, quae veneramus &
 mus, declaratur arcanis. Et licet occultus
 sitatem mens diuina non sentiat, amant
 animae sedem corporum relictorum, & in
 qua sorte rationis occulta sepulchri honore
 latantur: cuius tanta permanet cunctis
 temporibus, ut videamus in hos vitis sumptu
 nimio preciosa montium metalla transire
 operosasque moles censu laborante compo
 Quod prudentium certè intelligentia re
 ret, si nihil crederet esse post mortem. Nihil
 bara est & insana crudelitas, munus ex
 luce carètib; inuidere, & dirutis per in
 bile crimen sepulchris, monstrare caelo
 rum reliquias humatorum. Huius nefand
 leris inter ceteros reos vehementior Cle
 quarela prosequitur, quos portetis talibus
 morantes frequenter aspexit districtio, ali
 es tristior. Ferro accincti vexant sepulch
 obliti nominis, caelo ac sideribus praesident

Animas
 corpore so
 lutas habe
 re sensus.
 Anima licet
 immortalis
 sit, occulta
 tamen sui
 natura cor
 poris relict
 amat hono
 stam sepul
 turam.

His non in
 cogrua sunt
 quae scribit
 Cic. lib. 1.
 Tul. quæst.

non in
 nobi scilicet
 morant
 z. lib. 1. 2.
 quæst. 1. 2.

obli
 titi
 nom
 inis

nerum contagione pollutas sacris altaribus manus inferunt: Tanto in profundam caliginem conscientia suæ stupore demersi, vt reuendis audeant interesse mysterijs, & post excelsa funerum credant Deum posse placari, quæ nocentes precantur in cassum, quem vita meliore exorat. Cõmissorum talium fæditatem, ne citius tempora nostra maculentur, hoc edictali lege dānamus. Quisquis igitur sepulchra profunda violator quieris, & lucis hostis effoderit quisquis ex his quælibet marmora, aut saxa sustulerit, pœnæ mox habeatur obnoxius. Seruos, colonosue in hoc facinore deprehēsos, illico protinus ad tormenta conuenit. Si de sua tantum fuerint temeritate confessi, soluant cõmissa sanguine suo. Si dominos inter supplicia nullo interrogante nexuerint, pariter puniantur. Ingenui quoq; quos similis præsumptio reos fecerit, si fortasse plebei, & nullarū fuerint facultatum, pœnas morte persoluant. Splendidiōres autem, vel dignitatibus noti, bonorum suorum medietate multati, perpetua notentur infamia. Clericos verò, quos tam diri operis confiterit auctores, dignos credimus maiore supplicio. Vehemētius enim coerendus est, quem peccasse miseris scelus omne grauius facit claritudo personæ. Intolletandum, nimis execrabile, non ferendum, induere nomen & titulum sanctitatis, & abundare criminibus. Quisquis igitur ex hoc numero sepulchrorum violator extiterit, illico clerici nomen amittat, &

Missam, reuendendum mysterium, frustra audire violatores sepulchrorum. Innocens vita Deum exorat. Sepulchrorū violatoribus pœna sanguinis constituta est.

In crimine sepulchri violari grauius puniuntur clerici quam ceteri homines.

Nec Episcopis parcendum quod sepulchris iniuriam inferunt.

Judices venales raro ad effectum ducere bonas leges.

Judicis bona confiscantur, qui violati sepulchri crimine impunitum relinquit.

& sic stilo proscriptionis addictus perpetua deportatione plectatur. Quod ita seruari cōtere censemus, vt nec ministris, nec antilibus sacrae religionis in tali casu statuamus esse peccandum. Facebant querela, nullius innocentiam saucia: Nocentes tantum lex nostra persequitur. Sed quoniam plerumque statum salubribus dissimulatione venalium iudicium negatur effectus, praesenti iubemus edictis, vt prouinciae moderator, adminiculo munitionis fultus, censuram nostrae legis exerceat. Et nemo reus possit fascibus ac securibus relinquiri: si quis tamen extiterit sic superbus, sic impotens, sic rebellis, in cuius nequeat ire supplicium, amplissimas potestates directa relatione mox instruat, ne seueritas iusta leuaretur. Quod si violatores sepulchri, quos potuerint secūdum formam sanctionis huius punire, nescierint, vel de superioribus referre distulerint facultatibus & honore priuentur. Cuiusmodi que, siue adhuc in potestate positi, siue prius propter omissam poenam violatoris sequestrauerint accusator emergere, habeat liberam facultatem. Nec delatoris formidet inuidiam, cum premio magis dignus sit, qui se contra improbum odisse monstrauerit. Albino, recte charissime Augustorum, illustris & celsa magnificentia tua legem, quam pietatis & religionis amore concepimus, prouinciarumque rectoribus celeriter innotescere propositis iubebit edictis, vt criminosa poena reddatur, innocenter uiuentibus gratulanda pax sepultis. Dat. 3. Id. Mar. Rom. &c.

AD LÉGTORÉM.

Desiderio tuo, catholice Lector, vt amplius infer-
 uirem, & aduersantib. veræ Ecclesiæ Dei osten-
 derem, quàm peruersè catholice religioni sese oppo-
 nunt, & quàm temerè ac imprudenter simpliciores in
 eos errores trahant: vicissim quoq̃, vt qui ab illis
 pseudopphetis seducti, ac in fundum errorum propè
 versi sunt, habeant vnde excitentur, capita erigat,
 oculos aperiant, corda sursum habeant, cæcitatem su-
 am agnoscant, dolos, fraudesq̃ suorum doctorum, du-
 cturumq̃, agnoscant, tandemq̃ emergant. Qui verò ti-
 bentur gradu inter veræ fidei religionem, & fuc-
 cationem illam Euangelij fidem solam incedunt, incerti
 accedant, discant, quomodo & auiæ & diaboli
 verumq̃, Apostolorum laqueos vitent, effugiantq̃,
 has de iudicio Euangelicæ veritatis normas (quæ
 manuscriptæ in manus fortuito venere, de authore
 cui non constat, eius tamen de candore nihil hæs-
 it) huic operi pro coronide adijcere volui: vt hic
 quoq̃ aduersarij intelligant, me in auita nostræ vni-
 uersitatis, fidei cultu ac defensione sic esse animatum, vt
 mihi in eadem religione subleuanda & propugnanda
 nulli labori parcendum, nullaq̃, pericula, maleuo-
 rorumq̃, obtreffationes metuendas proposuerim. Neq̃
 enim vel furentis huius tempestatis lupos, inq̃, ipsam
 tenebrarum potestatem ei formidabilem esse
 existimo, cui verus sol Christus Deus noster & lux,
 & protector est. Tu his omnibus benigniter gaudeto,
 & studium meum, tametsi pinguioris sortis Miner-
 e, sincero tamen animo profectum, æqui bouiq̃, fa-
 ctum.

NORMÆ

**NORMAE QUAE
DAM, SEV REGVLÆ IVDICII**
*veritatis Euangelicae, ad quas tanquam ad Lycurgum
 quendam lapidem adhiberi probariq; potest & Catho-
 licorum & Caeoeuangelicorum in Christiana
 religione doctrina, vtra propius accedat
 vel ad caecam literam, vel ad vi-
 uificum spiritus Dei sensum
 & intellectum.*

PRAEFATIO.

Eorum qui hac tempestate de religione
 sentiunt, duplex genus existit: Alterum
 quidem Catholicum, ab vnanimi consen-
 sione appellatum: alterum Euangelicum
 ob vendicatum sibi puriorem atq; clariorem
 Euangelij explicationem, id nominis vitio
 Prius consentiens est atque vniforme: por-
 rius in plurimas, easq; repugnantes sectas
 scinditur. Nam in his sunt vel Zuingliani
 Calviniani, vel Suenckfeldiani, vel Anabap-
 tistici, vel Seruitiani, vel noui Arriani, vel Do-
 georgiani, vel libertini: praeterea Protes-
 tes, qui & Confessionistae ac Lutherani
 lantur: vel sunt Maioristae, vel Illyricistae
 & Flacciani, vel Osiandrici, vel Adiaphe-
 vel Antinomi, vel Stancariani &c. quibus
 numerari possunt & alij obscuriores. Ceterum
 quanquam hi omnes vehementer inuicem
 sentiant

Catholici v-
 nanimes.

Euangelici
 discordes.

Euangelico-
 rum sectae.

prauissimorum morum fructibus eiusdem doctrinae malitia atque prauitas deprehendatur. Cum ex intestinis eorum bellis, & perpetuis veluti pugnis, non pacis & charitatis, sed discordia & furiarum spiritus agnoscat. Cum omnis humanitatis Christianaeque mansuetudinis obliuio, conuicijs, atque furiosis blasphemijs compleant omnia. Cum se solos sapere, & reliquos omnes omnium temporum Ecclesiae laboriosos exaedicatores, veluti trunco nihil videri aestiment. Cum in stabili dogmatum suorum tractatione non persistant, sed pro diuersitate temporum diuersa & sentiant ac profiteantur. Cum innocetes, & tale nihil meritos, manifestissimis ac atrocissimis, tum mendacijs, tum calumnijs etiam contra ciuiles leges, vehementer grauent. Cum veterum haeticorum more ad solius scripturae literam, Ecclesiae magisterio omnino repudiato, prouocent. Cum denique eo tempore appareant, quo maiora pericula seductionum & peruersarum doctrinarum futura Christus saluator noster longe antea praedixerit, profecto se ad beatum illud saeculorum concilium, quod pijs omnibus propositum est, per hanc caudam vitae peregrinationem contendere velimus, quo ad eius fieri potest, in unitate fidei constanter maneamus: neque sinamus nos haesum blandicijs venenosus illectos, aut Ecclesiae fenescantis rugis atque deformitate, temporis diuturnitate contracta, offensos, ab illa fide, quam ab Apostolis, & eorum filijs ex diuina

Bbb benigni-

benignitate Maiores nostri acceperunt, benignius abduci. Quod reliquum est, si hunc animum, & eam voluntatem erga Deum, & Ecclesiam prævaricatione Antilitum eius de quo modo deformatam, non tamen omnino sublatam, ut hæretici clamant, perpetuo conseruare studuerimus, ipsius benignitatis atque auxilio in præcipuis fidei nostræ articulis cognoscendis & constanter retinendis nonquam destituemur.

PERORATIO IN

*HUNC LIBRUM, CVM QUÆ
rimonia ad patriam nostram
Germaniam.*

HÆc sunt, candide Lector, veterum Christianitatis Imperatorum monumenta & sanctissima testimonia de obseruatione cultusque veræ fidei, religionisq; Catholicae, quæ ad eò animosè professi sunt, studiosè præparare amplificareq; studuerunt, magnanimè atque fortiter contra tricipitem illam & potentem Paganorum, Iudæorum ac hæreticorum societatem legibus confirmarunt, & misq; vindicarunt, ut hoc summo diuinitatis officio ipsis nihil magis incumbere vel posse debere existimarint. Quamobcausam imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed & legibus tam diuinis quam humanis armatam esse oportere, & Christiani Principes

*In proem.
Instit.*

Principem decere arbitrati sunt, puriore luce, tanquam sydus aliquod irradiatum, amore fidei, charitatisq; studio, disciplinis Ecclesiasticis edoctum, Romanæ sedis reuerentiam conseruare, eiq; cuncta subijcere, eiusq; ad vnitatē ducere, ad cuius authorē, Apostolorum nempē principem, Domino loquente præceptum est: *pacce oues meas.* Hinc Iustinianus noster religione Catholica integra, rempublicam quoq; politiam integram forē, sapienter iudicauit. Sacerdotio n. (inquit) in pace seruato, reliqua etiam nobis exuberabit, pacem habēs policia. Ideoq; Principem maximam adhibere debere sollicitudinē, non quidem circa hereticorum de Euangelio excogitata figmenta: sed circa vera Dei in Eccle. Catho. dogmata, & sacerdotum honestatē voluit. Illorum itaq; Imperatorū optimorū leges dicta beneq; facta nostros Principes et Monarchas in orbe Christiano excitare meritō debēt ad imitationem, hoc est, vt & ipsi auitam nostram, veramq; Dei fidem, & Ecclesiam Catholicā non solum foueant, verum etiam deprauatæ doctrinæ concinnatores, & buccinatores, sectas scilicet illas hereticorum pestilentissimas, ab ea repellant. Debet etiam vulgus hominum, cui & Principibus ceterisq; Magistratibus parēre necesse est, discere, ne à sectarijs illis circulatorib⁹ per diabolicas fraudes atq; blandicias sub Euangelij prætextu seperuerti patiantur: neque noui quicquam contra suos Magistratus Catholicos, Maiorumq; Bbb 2 nostro

L. inter clarif. C. de sum. trin. & si. Cath.

§. si. n. prin. in prin. auth. de monach. coll. 10.

Auth. de deposit. Anthē. & seue. circa fin. coll. 10.

§. nos igitur. in præfat. Auth. Quom. oport. Episc. &c.

Vulgus quid cauere debeat

nostrorum orthodoxorum pias, Deiq; volun-
tati consentaneas sanctiones mollantur
ad hanc necessariam, & debitam obedientiam
à suis pastoribus serio admoneri debent
modo ea à se populus velit declinare iram
flagella, quibus plerasq; nationes, & eximiam
nostram Germaniam a quo nostro caligine
tas fuisse, & etiam hodiè subindè castigari
mus. Quæ flagella & calamitates nobis
tur propter ingratitude[m] erga piam matrem
nostram Ecclesiam & facilitatem credulitate[m]
temq; quam adhibent imprudentes fallacis-
simum Apostatarum, noniq; Evangelij pro-
conum fucata doctrina: ut in primis dolenda
sit, quod pleriq; nostrum ex ovili Dei ad fe-
rum & latronum (quemadmodum Christiani
tales vocat) scilicet hæreticorum se abducunt
tubula, eorumq; voluntati se mancipari ferunt
qui & animas perdunt, & patriam offendunt
in quam cum diuersas quotidie Dei animas
uersiones, & afflictiones vident experiant
que nihilo meliores fiunt, neque de reditu
viam veritatis cogitant. Cui enim vero Chri-
stiano non ex animo doleat, tot mala occi-
intueri, & nihilominus spectare unitatis Chri-
stianæ hostes subindè in deterius profectus
qui in hoc omnes vires intendunt, huc
nes conatus suos dirigunt, quo homines
studio pietatis auocent, subditos à fidelitate
a c obedientia suorum regum, atque patri-
cipum abducant regna prodant, immensam
Christiana

Quare his
temporibus
tot obruentur
calamitati-
bus.

Evangelicos
in deterius
proficere.

Christiani sanguinis hostem Turcam re & cō-
 silio adiuvent, quo ipsi liberius in Catholicam
 veramq; Dei Ecclesiam eiusque propugnato-
 res, Antistites, Reges atque principes grassari
 queant, quo tumultu omnia misceant, pertur-
 bent, qui prodicionibus ac dissidijs faginan-
 tur, sanguine inebriantur. Ex errorum liqui-
 dem poculo tale virus propinatur. Quid n. be-
 nix amarulento, corrupto ac fætido fonte
 emanare potest? Iam longo tempore impiarū
 heresum rabies defæuit, nec finis imponitur,
 sed peccatis nostris exigentibus inualescunt,
 charitatis & amicitia fæderumque sanctorum
 nexus non dissuuntur, sed rumpuntur, neces-
 situdinis iura violantur, sacer negligitur honor,
 Ecclesie fundus qui superiorum temporum
 ætate, tritico fidelium, sana doctrina, præcla-
 ris, etiam operibus omniq; pietate plenus &
 odoriferus erat, errorum nunc zizanijs corrū-
 pitur, polluitur, fidei candor sectariorum te-
 cenis & imposturis conspurcatur, defædatur,
 domus illa magne dissidijs miserè laceratur,
 Ecclesie sacramenta subsannantur, contem-
 nuntur, conculcantur, ordo Ecclesiasticus
 confunditur, disturbatur, constitutiones Ec-
 clesie iam indè ab Apostolicis temporibus
 receptissimæ rescinduntur, abrogantur peni-
 tus, atque ita Euangelio gloriantur Sectarij,
 ut id eis omnis perfidiæ ac petulantie tegumen-
 tum esse oporteat. Adeo autem sacrarum li-
 terarum contextum ausu temerario peruer-
 tunt

Euangelico-
 rum studia &
 conatus.

Ex fonte noui
 Euangelij,
 quæ virtutes
 emanent.

Ecclesie fun-
 dus corru-
 ptus.

Heretici sua
flagitia sub
Euangelij pre
textu obue
lant.

Adulterij &
crapulae Euā
gelica excu
satio.

Sacrilegij ex
cusatio.

Rebellionis
& latrocinij
excusatio.

Polygamiae
excusatio.

Lasciuiae &
votifragij ex
cusatio.

tunt, & cuilibet inde eruere quicquid ad
praua suggerit, liceat. Si quis n. cupiditate
ctus adulterium meditetur sunt qui scriptura
perperam interpretatis excusant. Si alius
mellationibus & ebrietate distetari delectat
spreto ieiunio & sobrietate: sunt qui omnia
munda esse nihilque coinquatum per
trare, in memoriam reuocant, idq; gulosius
voluptuarijs obtrudunt, Si alius quispian
bona diripiat vique tollat. & ab Euangelio
quarat numnam id facere liceat, statim
sacrilegium approbet, scripturae locum produ
cit. Et quo quis impunè sublimiorem pote
statem eiusque praesides, bello lacefferet
tate contemnero atque perfricta fronte
audacissimè opponere queat, sectarios
rogans, mox institutum tam impium
promouent, & quamuis insignem audaciam
& improbitatem non solum excusant, sed
laudant, instigant. Si quis brutalis salacitate
pruritu contra omnem naturae honestatem
gamus vno eodemq; tempore esse ardeat
crandiq; illius facti excusationem & auctori
tatem habere cupiat: mox adsunt qui
hamum, Iacobum, Isaacum, Dauidem
emplum obtendant: ignorantes in nocte
ris legis diuina indulgentia admissum
quod in luce nouae legis cognitum fuit
pe ac prohibitum. Et quo virginem
catam mundi carnisque voluptatibus im
gant, & impudice periuram faciant: vota

puris exhibant, derident atque matrimonio cum lasciuo Iouiniano virginitati præferunt. Qui laxiorem vitam iusti tituli prætextu sequi voluerit, sectarios consulat & scripturis sacris has mundi delicias permittent, & iustum etiam in bono peccare opere, affirmate audebunt, atque in luce facta opera nullius esse momenti, quo Deus optimus maximus nobis cælum conferat. Si quis sacerdoti flagitiorum suorum admissa confiteri, absolutionisque medelam experere erubescat, hanc esse inutilem, ac inane quoddam commentum sectarij testimonium inueniunt. Si quis iugum Christi detrectat atque in omnes temerarios ausus præceps ruere cupiat, illique liceat quod ipse secum tacitus reputauerit, huc Cæcæuangelicis subscribat; mox scripturarum adminiculo protegent omnem et excusabunt libidinem & perulantiam. Si quis itaque penitentijs cõsideret ex qua beatitudine patria nostra superioris zui, maiorumq; nostrorum pietate in hunc lamentabilem statum & infausta tempora per Apostatas leuissimos traducta sit, cum Propheta apud immeritò admirabitur, en quomodò obscuratum est aurum? quomodò mutatus est color optimus? Et cum illo tales querelas effunder: Quomodò deceptæ inique libertatis pretextu, infelix Germania? Quem admodum puriores Christianismi nomine falsa es latissima regio extremi Aquilonis? Quàm miserè ad huc ab Ecclesiasticis tuis quotidie

Bbb 4 seduceris

Libertatis illicite excusatio.

Confessionis peccatorum contemptus, eiusq; excusatio.

Obedientiæ Christianæ detrectatio, eiusque excusatio.

Deploratio Germaniæ.

seduceris gens fascinata? Quomodo mutata es in receptaculum sceleratorum, & Magistram errorum, quæ solebas esse fidelis Ecclesiarum cultrix, munifica insignium Monasteriorum fundatrix. Romanæ ledis spes & refugium? Argumento sunt laudatissimi Reges & Imperatores, Pipini, Othones, Henrici, & alij, qui strenuissimi tutores & propugnatores Christianæ religionis ingenio suo sumptibus, labore, periculo, non semel Ecclesie, præsidibus tulere suppetias. At quam his aliquot lustra diuersa atque mutata, etiam nullus loquatur, vel scribat, impia tamen facta declarant, quæ vtriusque status, Monachas à Deo tibi popositos vilipendis, eorumque iustissima frena habenasque furiose excutis. Cur, quæso, tibi execrabilis visa est Ecclesia Catholica, tanquam Papistica, & tot animis æquanimiter sustines, amas, foves Ecclesiam malignantium & synagogam Sathanæ? Si durius hæc tibi acerbiusque dicuntur, intuere obsecro, & eorum expedite opera, quos fidei Magistros sequeris: compare illorum dicta & facta cum CHRISTI IESU, Prophetarum, Apostolorum & Martyrum vita. Nullo non conuictiorum generis profcindis clerum, Episcopos, Prelatos, tum numque Pontificem Christi vicarium & tuam quam deos quosdam suspicis idola tua, Antichristi prænuncios, Lutherum, dicto, Barthelemy Zuinglium, Melancthonem, Calvinum

Pro Ecclesia
Cath. fouetur
synagoga Sa-
thanae.

Dij hereti-
corum, qui
sunt.

alios huius generis sacræ religionis proditores, pestilentissimorumque errorum artifices, qui in te fucis, imposturis & mendaciis in istas plusquam Cimmericas tenebras protruserunt. Ferre noluit legitimos Apostolorum successores, & orthodoxos Episcopos: & nunc tolerare cogis seditiosos, mendaces, calumniatores, conuiciatores, ministros diaboli. Intolerabiles tibi visi sunt oleati & rasi, hoc est, sacerdotes & monachi: & nunc dominantur tui viles apostata, omni genere flagitiorum contaminati. In te siquidem, tanquam in sentinam, femur mundi iam pridem perfluxit, & promiscua colluuius hominum perditorum. Onerosas iudicasti sacras religiones & monasteria, quæ maximos pauperum tuorum greges alebant: & nunc à cupidis, ambitiosis, lasciuis, profanis suæ transfugis, aliisque in locum adrogatis, impune expilatis, deuoratis, in faciem cæderis. Abegisti qui modeste vitæ necessaria mendicabant & offitiosè gratias agebant: & eos accersisti ac foues, qui confidenter ampla stipendia exigunt, ut inde cum scortis suis, sub matrimonij velamine, lasciuè viuant. Perditionis tuæ, proh dolor, authores magno conducis & alis: & salutis vitæque præcones fastidiosè respicis, superbe contemnis, crudeliter persequeris. Discidisti infelix inconsutilem Domini tunicam, quam impij quoque carnifices sub Christi cruce reliquerunt integram: & deserta semel Catholicæ fidei pacisque vnitate, turbulentissi-

Bbb 5 mis

Germanorū
prepostera
patientia.

mis opinionum dissiidijs exagitaris, diuentic
 monitrosi sectis discerperis, pestilentijs
 haresibus tota peruersa dilaceraris. Abiit
 te noctem & miseriam subdoli errorum tibi
 præcipitarunt? Lethargo nimirum tam qua
 sopitam, vt omnem penè malorum sententia
 miseris. Quàm damnosum tibi, et reuera
 rum est, quòd leue iugum Ecclesie rebelles
 uice excusseris? Quàm copioso sanguine
 rum iam pridem luisisti, quòd ab obedientia
 manæ sedis te pertinaciter subtraxeris? Heu
 quàm insanabili plaga inimicus humani
 neris te percussit, quandò tot animarum
 riades ex te rapuit, & perdidit iam plus quam
 quadraginta annis? O infelicissimos agricolas
 & rusticos, quorum supra centum millia tra
 dauit Nobilitas exasperata: prætereo nunc
 qui iam indè per aliquot seditiones & bella
 numerabiliter & miserabiliter ferro conuulsi
 pti sunt. Quàm immites & sanguinarij
 gelistæ, qui innumerâ hominum turbam
 diderunt, sub prætextu Christianæ libertatis
 Heu qualem vindictâ postulant aduersarij
 ctiores seditiosos & subdolos, qui tempora
 aterna morte cateruatim perierunt, sicut
 simi canes? Et tamè homicidarum istorum
 pereum semen adhuc colis et adamas, quoniam
 tibi vesani patres causa fuerunt tanta flagitiorum
 Quomodo infatuata es à Pseudoprophetis
 tuis, non minus sanè, quàm peritura olim
 rosolyma? Prophetæ enim tui viderunt

Perditio ho-
 minū sub præ-
 textu liberta-
 tis Euange-
 licæ.

& stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam,
 ut te ad pœnitentiam prouocarent. Non dissi-
 milis videlicet causa est Iudæorum ruinæ, &
 in tot seductorum nationibus damnationis
 perpetuæ. Verè Propheta tui, ô plebs cæca, non
 Apostoli Domini, falsi non veri, de capite suo
 prophetantes, non ex spiritu Dei, viderunt tibi
 falsa & stulta, errores stolidissimos & fucata
 mendacia. Nec aperiebant, nec aperiunt tibi
 iniquitatem tuam, ut veri Prophete, exhortan-
 do, docendo, arguendo, obsecrando, increpan-
 do consueuerunt. Non annunciauerunt, in-
 quam, vel annunciant tibi peccata tua: non ex-
 damant fideliter contra scelera tua, sed ad-
 uersus Prælatos Ecclesiæ et abusus seditiosè de-
 bachatur, ut animos instabilis vulgi in odium
 cleri inflamment. Nec student exhortari ad
 pœnitentiam, qui salutaris pœnitentiæ nomen
 exosum habent, respuunt ac subsannant. Non
 prouocant ad dignos pœnitentiæ fructus, qui-
 bus impendentem Dei iram cum Niniuitis
 possis auertere. Non enim placent effemina-
 tis eorum animis labor in gemitibus, sincera
 peccatorum confessio, assidua cum vitiis lu-
 dia, anxia cordis & omnium sensuum custo-
 dia, indefessum certamen, & studium vincen-
 di semetipsum. Auerfantur omnes corruptæ
 carnis afflictiones, ieiunia, peregrinationes, vi-
 giliæ, cilicia. Inuisæ sunt improbis & salaci-
 bus amara lachrymæ, planctus & lamenta: ni-
 mirum quòd ea carnali populo parùm arridere
 non

Vastatio Ger-
 mania, quan-
 ta à Luthero
 & Caluino
 procurata sit,

Falsi Prophe-
 tæ Germaniæ.

Evangelici
 martyres de-
 licati.

non ignorent: qui, ut peccatis suis secure
 literq; indormiat, de spe, fiducia, pietate & mi-
 sericordia, quàm de diuino iudicio & iustitia
 audire mauult. Et heu quantorum malorum
 ipsa tibi facta es causa, postquam arrogans
 proprio sensu inflata desisti ad sobrietatem
 sapere, & humilibus consentire. Tolerantiam
 potuisti scilicet abusus & luxum irregula-
 rium: & nunc sublata ex te religione, iustitia,
 pudore & ordine, liberimas laxas
 habenas carni. Quomodo facta es merita
 Natio plena olim iudicij & religionis? Iustitia,
 fides & sanctimonia habitauerunt in te: tu
 autem sacrilegi, homicida & impij. Clamorem
 tem pessima quaq; & passa sis, & facias, quod
 dum serio expendis, quomodo vlticem da-
 manu euadas: videlicet, quia summa tua ma-
 la non satis adhuc sentis, quamuis aliquot
 annis pavoris subinde & clamoris plena
 ris, quæ olim gloriari poterat, tanquam
 sta, intrepida & liberrima. Vbi sunt, quæ
 idola tua, turbidi bellatores, in quibus con-
 debas? Quid tibi profuere impia consilia
 meratia eorum arma, quorum fiducia te
 ita olim erexisti contra præcipuos orbis
 stiani monarchas? Egregium verò Ecce
 liu, quod te docuit legitimis Prælati &
 cipibus non obedire, sed eorum vitæ ac
 tunis insidiari, trucidare, & perinde vt
 lial, absque iugo, ordine & lege viuere. Quæ
 verò te clementia capit, quæ furæ te

Germania o-
 lim libera &
 inuicta.

tant, vt Catholicorum Regum atque Principum terris incommodes, rebellionum monstra foueas, Turcico denique quam Christiano Imperio Ro. amplius studeas: exercitui Christiano, quo minus immanissimo hosti oblit, repagula obiicere coneris? O te verè conuulsam, desolatam, miseram & miserabilem, quæ cum sis ex omni parte miserissima, nondum tot flagellis attrita ex animo ad percutientem te proclamas, saniora meditaris. serio respiscis. Quid profunt, obsecro, tot preces, minæ, edicta & censurarum fulmina, quando in nefandis erroribus tuis tota pertinax esse perseveras & inueterata? Cæsareæ saltē maiestatis gladium formidasses, postquam anceps ille, & ferocissimis olim Imperatoribus meritò formidabilis Principis Apostolorum mucro in tam profundum tibi contemptum venit. O quoties te congregare voluit ad vnitatem Ecclesiæ prudentia & patientia mansuetissimorum Cæsarium, Caroli, Ferdinandi, & eius qui hodiè præest Maximiliani: sed eorum longanimitate toties abusa, Caroli tandem coacta es experiri vires & arma. Sensisti tamen, quantumuis rebellis & contumax, nō minus ingentem eius clementiam & paternum in te affectum, quàm inuictum robur & collatā cœlitus victoriam. Cuius vrinam saluberimis edictis & monitis parere maluisses, quàm aurem præbere seditionis corruptorum concionibus & libellis. Nō excitasset in te (opinor) vltor perfidię Deus spiritum

Caroli, Ferdinandi, Maximiliani Imp. pietas & longanimitas patientia.

Incommodū securum Germanorū inobedientiam.

Germaniæ le-
thargia.

spiritum turbulentissimæ dissensionis & vici-
ginis, quo sic Dei iudicio es concussa & con-
tita, vt promiscuæ hinc inde prædonum col-
lucti graui ludibrio fueris & præda. O te de-
ratissimè stupidam & lethargicam, si irati
mini in tot plagis manum nondum agnos-
multo quidem hæcenus acerbius vexata &
vastata à propugnatoribus errorum tuorum
& confœderatis, quàm fueris vnquam ab Im-
peratore Carolo, hæresum omnium adu-
rio, quem ad eò vehementer toties irritasti.
de modò ne tantum sint iniria dolorum que
passa es hæcenus, & vindex Domini manus
adhuc super te maneat extensa. Vide, inquit,
& metue, ne baculum furoris sui contra te er-
tat, ferocissimum & impiissimum Turcarum
Tyrannum, si te paterna eius flagella non ve-
lum non corrigunt, sed grauius in durant. His
quomodo seruaberis gens cæca, surda & esse
uata: Quis ostendet tibi fugere à ventura
Non enim hæc eos sollicitant, qui in rem
student loqui placentia, vt qui fortasse te
lint viuere sub atrocissimo Turcarum tyran-
no, modò fieri possit eorum commodo, quod
sub clementissimo fidelium omnium
Pontifice Romano: malint te subiectam
Constantinopolitano huic quam parenti
Imperatori. Non querunt siquidem salu-
tuam operarij mendaces & subdoli, qui
berè dominantur tui, molles puluillos
suunt subvtroq; cubito manus. Qui blas-
inquit

quam, suis sermonibus & pollicitationibus
 hoc agunt, vt obliuiscatur carnalis populus le-
 gem Domini Dei sui: docentes vel sceleratiffi-
 mos quosque (tamen si perdurent in flagitiis
 suis) audacter cōfiderere in solis meritis Christi.
 Miseret me ex animo tui, miserrima Patria,
 que grauissima calamitate, cecitate & serui-
 tute oppressa iaces. Miseret me inclytarum Ci-
 uitatum, Oppidorumque tuorum, Magistra-
 tum, Consulium & Præfectorum, qui contra
 celestos seditiosos dostring vociferatores, mu-
 tate non audent. Quid dico mutire? immò &
 qui frequenter (si quid tamen veri luminis ha-
 bent) contra conscientiam agunt: ac timore
 seditiosos plebis deterriti, quiduis corruptissi-
 mis hominibus permittunt. Nimirum cum hoc
 singulari demōnis afflatu subdoli impostores
 suis concionibus peregerint, vt timore seducti
 populi, Magistratus sibi in omnibus habeant
 obnoxios. Miseret me rursus instabilis vulgi,
 & simplicis plebecule, que ciuitatum & Prin-
 cipum vel per suasionem seducta, vel imperio co-
 acta, pro pastoribus lupos admittere, pro legi-
 timis custodibus fures & latrones magno ale-
 re, pro diuinis oraculis mēdacia hereticorum,
 & somnia cogitur amplecti. Miseret me par-
 uulorum tuorum & impuberum, quos ante
 impios facis ac gehennę filios, quàm inter lac-
 te venenum, bonum & malum, veritatem &
 mendacium satis possint discernere. Miseret
 me denique parentum & mortuorum tuorum,
 quos

Germania
 multis de cau-
 sis miserabi-
 lis.

Germania vi-
uis et mortuis
infecta.

quos impiè irriso purgatorio, vigiliis, elemo-
sinis, sacrosancta Missa solitisq; precibus
adeò omnibus subsidiis & solatiis non minus
crudeliter quàm miserabiliter spoliis. Quam
itaq; caeca facta es, crudelis & impia, quæ vis
& mortuis & tantoperè infesta? Heu quam po-
denda cæcitate ac seruitute inscicia prementis
quæ de recepto lumine, & Evangelica libere-
te toties gloriaris? In hanc te, proh dolor ca-
ginem & tenebras, immò profundissimam
etiam diuersarum religionum villisimi tui-
fugæ induxerunt, postquam iuratum Deo
dem sacrilega temeritate fregerunt. Immo
obsecro, quos obserues & foveas fidei mor-
que Magistros: nempe periuros & perfidiosos
sertores, omnium vitiorum impurissimos, qui
rum scripta & figmenta tibi loco puri Evan-
uangelij sunt. Ecquid te boni, quæso, sancti
religiosi docere poterunt, qui semetipsos
sperantes totos impudicitia & carnis deli-
riis tradiderunt. O te longè infelicissimam
que pro Apostolis Christi infrenes Apollines
libidinosos Centauros Satyrosq; colis, per
signibus Evangelistis falsidicos impo-
amplecteris, quæ tanquam numina quædam
Hæreticorum portenta suspicis, atque ad
te instituendam, regendam, seruandam
dis, qui omnis generis facinoribus flagitiis
contaminati, gladium, rotam, crucem
masque non raro commeruerunt. Nimirum
turbatores Christianæ pietatis & pacis, in

Lutherani cõ-
cionatores
Centauro &
Satyri.

Christianæ
pietatis pa-
cisq; turba-
tores.

scirent atq; dissentiant alias, in eo tamen pulchre consentiunt, q; simili ac equa ferè contentione Catholicorū religionis veteris cōsensum oppugnant atq; labefactant. At verò cū impossibile sit, vt doctrinæ contradictoriæ simul vere existant: cōsiderandum porrò videtur ex quibus diiudicatio discrepantium harum doctrinarum peti possit. Qua quidē in re non vnā est conspiransq; omnium sententia. Sunt enim qui textum canonicarum scripturarum solum ad prastare posse persuasum sibi habent, ac ob id in pugnis atq; cōtrouersis sacris ad scripturæ textum, seu literam assiduè prouocant: satis officio probationis suæ se functos esse arbitrates, si locis aliquibus ex scripturis Canonicis desumptis, suæ opinioni probabilitatem aliquā & veri speciem prætexuisse videantur. Quos opinione hac sua falli vel indè liquet, quòd inter partes inuicem discrepantes nō de scripturæ textu, sed de sententia atq; mente scripturæ disceptatio existat. Etenim quod quidem ad scripturæ corticem, seu literam spectat, vtrinq; illam à dissidentibus atq; Antagonistis recipi, vel ex eo apparet, quòd in disputationibus atque certaminibus eorum qui in contraria studia se ipsi dilectiq; sunt, quiq; pro suæ opinionis defensione atq; tuitione nō solum scripturam facere pro se asserere cōtendant, sed et plurimis ex verbo diuino locis prolatis atq; propositis, id quod sentiant, probare atq; cōfirmare in primis conantur. Quin etiā si quis diuino

Aaa verbo

Euangelicorum discordia, in quo concordet.

Euāgelici nudo prætextu contenti.

Qua disceptatio sit inter Euangelicos.

verbo auctoritatem suam derogans eò impu-
 tatis prolabatur, vt omnia diuinarū literarū
 verba repudiet, ac non satis digna, que in
 mendis controuersis adhibeantur, iudicet
 omnium etiā iudicio non solum pro heretico,
 sed & pro infideli, & Christianæ religionis
 probatissimo apostata habebitur. Cuiusmodi
 in disceptationib⁹ Theologicis vtrinq; scriptis
 atq; testimoniis agatur, & quisq; se scriptis
 testimoniis cōsentanea affirmare videri vult,
 vel luce meridiana clarius est, non ob no-
 ptum sacrarum literarum textum, sed ob
 eiusdem textus intelligentiam lites illas
 sentientium in religionis negotio excitat.
 que verò persuadebit mihi quispiam, vtrū
 stitem verborum scripturæ tam planam
 intelligentiam, vt ea quibuslibet, veluti
 sponte offerat sese atq; occurrat. Alio
 illud sese habere, vel ex eo intelligi potest.
 cum omnes Euāgelicorum sectæ vnum
 que Euangelium sibi vendicent, atque
 standum proponant, diuersissimas tamen
 vno eodemq; Euangelij textu eliciant sen-
 tias. Etenim de iustitia Christiana secus
 ligit Euangelium Osander quàm reliqui
 gionis socij: de operibus non idem Eua-
 lium doceri lenensibus atq; Lipsensibus The-
 logis videtur. Quemadmodum de libero
 bitrio, de Sacramentis, præsertim verò Eua-
 ristie: de poenitentia atque aliis innumera-
 ligionis articulis diuersissimis diuersi
 sed

Lutherani li-
 cet in sentu
 discordes, de
 vno tamen
 gloriantur E-
 uangelio.

De iustitia &
 operibus &c.
 Lutheranorū
 dissensio.

dem scriptura Canonica hauriunt atque depromunt: vt interim silentio præteream, quòd illi ipsi, qui perspicuitatem scripturae, tantopere iactant, diligentissimos, & maximè industrios veritatis; cupidissimos homines, quales fuisse Augustinum, Hieronymum, Chrysostomum, Cyprianum, Ambrosium, &c. dudum non est, turpiter hallucinatos esse in explicandis scripturis, & in sententiæ eius inuigilatione affirmant. Quòd si verum est, qua fronte, quæso, scripturam planam esse, & cuique eius mysteria obuia esse asseuerabunt. Dato igitur concessò; hoc, quod lis non de scripturae verbis, sed de mente ac sententiâ scripturae agitur inter partes, expendendum deinceps fuerit, vtrum genus professionum Catholicum videlicet, aut Evangelicum appellatum, potiori veritatis firmamento innitatur, ac cui magis in explicandis scripturis credi tutè possit, aut debeat. Qua de re diligentius cogitanti, vndecim occurrunt, velut notæ quædam, vel potius Normæ, Orthodoxas doctrinas à non orthodoxis atq; adulterinis distinguendi. Quarum etsi quædam ab aliis semotè, ad demonstrandam firmissimam veritatem non satis efficaces esse videri queant; Coniunctæ tamen cum aliis magnam vim ad præsens institutum habent. Quapropter seriè quædam digestis, & iam nunc explicatis, liquidò demonstrabitur, liquidem non de verbo Dei, sed de interpretationis veritate cõtrouertatur,

Aaa 2 Catho-

Lutheranorff
columnia in
sanctos Eccle-
siæ Patres.

Vtrū Catho-
licis, vel Euā-
gelicis in in-
terpretatione
scripturarum
magis creden-
dum.

Catholico potius quàm Evangelico vobis
professionis generi fidem tutius & rectius
haberi.

*PRIMA NORMA
IUDICII VERITATIS EVAN-
GELICÆ.*

Prima huius iudicij norma in oppositi-
vnanimis consensus Ecclesiæ Doctri-
omnium temporum, & quorundam priorum
interpretationis posita est. Cùm enim Ca-
tholici huius temporis in asserenda sua scrip-
turæ sacræ interpretatione consensum sancto-
rum eruditissimorumq; Patrum Ecclesiæ
Dei omnium temporum, priuate interpreta-
tioni eorum, qui hoc tempore huius à veris
Ecclesiæ discessionis primi authores fuerunt,
cum antiquis illis, neq; vitæ sanctitate, neq;
zelo religionis Christianæ, neq; eruditione
que studiorum sedulitate conferri possint,
ponere rectè possint: profectò nemo non vi-
tutiores ac firmiores, scripturæq; sacræ
cognatas Catholicorum interpretationes
mandas esse, quàm Evangelicorum, qui Ec-
siam magistræ repudiantes, propriè senten-
explicandis sacris nixi fuerint: nisi forte
sanctos, & eruditos viros frustra fidei pro-
fessionem nostræ sibi vendicasse, & eam religio-
nem per totum orbem plantasse, cuius verum
tem ipsi planè ignorarent, existimare velint.
Etenim in hisce rebus ita comparata sunt

Catholicorū
doctrinā pro-
pius accedere
ad intellectu
sacræ scriptu-
ræ, quàm E-
uangelicorū.

raque, ut aut omnes quotquot unquam in aliqua opinione sanctitatis & doctrinae insigniores ab Apostolorum tempore usque in hanc nostram aetatem extiterint, turpiter errasse: aut si quidem hoc absurdum videatur, malitiosè & perperam sententias veterum à recentioribus oppugnatas, ac novas contra antiquitatis totius consensum constitutas esse, planè necessarium sit confiteri.

NORMA SECUNDA.

Secunda norma ea est, ut veterum hæreticorum dogmata diligenter expendamus & consideremus, num ista quorundam placita, quæ hodie contra consensum doctrinae veteris divulgantur ac propagantur, cum veteribus illis hæresibus consentiant. Quid si consenserint, nulla ulterius instituta inquisitione, eas veluti iampridem damnatas publicè atque anathemate percussas doctrinas auersemur. Etenim si qui recentiores veterum hæreticorum sententias receperint, quo pacto hæres eos non recepisse censentur? cum definita hisdem quibus definitiones accommodari soleant, ut ex dialecticorum placitis liquet. Est sanè hæc Norma cum utilissima, tum verò ad vitanda pleraque sectariorum huius ætatis contagia imprimis compendiosa. Atque hac potissimum fretus aliquis, nullo negotio pleraque dogmata Lutheri, aliorumque cuiusmodi

Euangelicorum dogmata consona esse veterum damnatorumque hæreticorum.

Quomodo sit spectata doctrina facillimè possit dignosci.

Aaa 3 sint, sci.

Ex veterib⁹ cognosci no- uas hereses.
 sint, iudicabit. Præsertim si Epiphanium ge- uissimum Theologum, & alios plurimos, et antiquas hereses scriptis confutarunt. Simi- ligenter euoluerit atque perlegerit. Etenim omnino verum quoddam pluribus dicitur, ve- res hereses recognoscendo, nos agnoscerent. uas, atque adeo recens exortas. Accommo- danda hoc in loco singula opiniones scilicet- rum ad antiquas, & quasi exoletas hereses se- sent, nisi iste labor alterius potius temporis- loci existeret. Hoc saltem adiciamus, quan- do recentium dogmatum auctores cum pa- risque hereticis vetustis consentiant, potius- bus eos habendos nobis haud immerito esse, quales à veteri Ecclesia habiti ac iudicati fu- fuerint.

NORMA TERTIA

ISTHAEC norma tota scholarum est. Eruditos pertinet, consistitque in solidis methodi iudicio. Quando enim eruditissimis quibusque & verè dialecticis viris euidentis- mum sit, plerosque *ἐν τῶν λόγων* in sacris tra- dis turpiter hallucinari atque impingere, vel ex veris falsa confectaria de rationibus imperitiam colligant: vel vera conclusa sacris verbis deducta Sophisticis - sed argu- nibus falsò reprehendant, vel dissentientibus que à seipsis discrepantia extruant, operam- cium erit in istorum interpretationes expli-

Euangelicos perperam ac sophisticè ra- tiocinari.

explicationes, adhibita methodi luce inquire-
re, & siquidem falsitas vel in consecrariis col-
ligendis, vel in reprehendendis conclusis ani-
maduersa fuerit, eam reregere atque ob ocu-
los ponere conspiciendam oportebit. Etenim
fieri non potest, vt veritas sibi non perpetuo
constet, & ex bonis non bona consequutionis
necessitate deducantur. Apertus hoc in loco
esset latissimus campus ostendendi tum vitio-
sarum argumentationum, tum etiam Sophy-
sticarum reprehensionum, quibus veteris Ec-
clesiæ oppugnatores subindè vtuntur, euident-
iam, nisi breuitati studeremus. Ista enim pro-
sequi, non huius est instituti, sed alterius tem-
poris atque laboris.

NORMA QUARTA.

Pergemus itaque ad quartam normam, que
in eo sita est, quòd cum Christus ex fructi-
bus cognoscendos Pseudopphetas esse do-
ceat, ac fructus doctrinæ Euangelicorum isto-
rum pessimi sint: siue quis ad sententias homi-
num, siue quis ad mores vitamq; spectet, quid
isti doctrinæ tribui debeat, facile deprehendi
possit, non obesa Mineræ, vt dicitur, Chri-
stianus. Quòd verò doctrinæ istius recentio-
ris fructus pessimi existant, ex eo perspici at-
que animaduerti potest, quòd hodiè ferè to-
tum terrarum orbem sectis impletum, atq; re-
ligionem omnem ob assiduas ac perpetuas

Varias sectas
fructus esse no-
ui Euangelij
itè corruptos
mores & fla-
gitiorum im-
punitatem.

Aaa 4 quasi

quasi controuersias atq; pugnas in discrimen adductas esse animaduertamus. Taceo corruptissimos mores, et summam omnium scelerum impunitatem. Neq; obiiciat mihi hoc in loco

Obiectio.

Lutheri defensor atq; patronus aliquis, quod sapere usurpari solet: nimirum non doctrinam esse, quæ iam recesui incommoda, sed hominum doctrina, etiam pia & recta abuti consuetorū. Etenim non ignorem sapere fieri, ut rerum

Confutatio.

optimarum abusus in primis perniciosus existat, ac ea quæ per se bona sint, rebus non ita bonis occasionem præbuisse, videri posse. Tamen si quis Lutheri dogmata diligenter

Lutheri doctrinam pessimam opinioes, morumq; corruptionem in orbem inuenerunt.

penitus introspexerit, non difficulter intelliget ea eiusmodi esse, ut per se, ut dialectice loquuntur, & sua propria vi illam tum optimarum prauissimarum multitudinē, tum eorum morum summam prauitatem induxissent. Estimari haud immerito debeant. Etenim Lutheri dogmate persuasus, sacras literas perinas esse, & cuiq; mysteria eius peruia, tum etiam à quoquam ea tractari debere, & ritè posse existimat, is profectò nullis Ecclesie documentis acquiescens, sui intellectus iudicium ceu regulam quandam Adamantinam acerrimam omnibus diiudicandis adhibet. Accidit igitur, ut non id pro Christiano dogmate accipiendum existimet, quod cum scriptura maximè congruat, sed quod ipsi suas phantasias confectanti maximè verum esse videtur. Præterea qui hominē etiam renatum

boni moliri posse, & nihil peccatum esse, excepta sola incredulitate, ac quenquam epistemoniam suae salutis certitudinem habere, reclamante etiam conscientia existimat, omniaque bona Christianorum opera pro mensuatae panno habeat, eum dissolutius ac improbius vivere mirum videri nulli debet. Quin potius mirandum esset, si aliqua probitas, quasi scintilla in homine, hoc modo insituito, residere animaduertetur. Iacet itaque confutata illa, quae supra de hac norma oblectio proponi posse videbatur.

NORMA QUINTA.

Hæc est eiusmodi. Evidens est sacre scripturae testimonijs, præcipuum munus spiritus caelestis esse, ut corda verè credentium conglutinet, præsertim in doctrina caelesti. Ac rogat Christus, ut vnum sint inter sese fideles, quemadmodum ipse cum patre vnū sit. Quin etiam Apostolus Paulus charitatis vinculum ita passim commendat, ut citra charitatem nihil reliquorum prodesse apertè affirmet. At si quis Evangelicos illos respiciat, non solum discrepare à veteribus, sed & inter sese ita distractos voluntate, ac dogmatum diuersitate intelliget, ut inuicem hæreseos manifestissimè sese accusent, atque condemnent. Ex quo percipitur homines istos inquietissimos, concordiam

Charitatis
vinculum in
ter Euange-
licos dissolu-
tum esse, hinc
eos malo spi-
ritu agitari.

• dia ac pacis impatientissimos, non celestiad
 • maligno potius spiritu agitari, atq; ferri. Neq;
 • alicuius momenti est, quod quidam discipuli

Catholicorū
 concordia in
 articulis fidei.

reos etiam Catholicos agere conentur, ostendit
 putationes scholasticorum. Hi enim est de
 multis dissenserint vehementer inter se, quia
 tamen de articulis fidei concordiam admo-
 tinam quasi fouerunt, de hæretica illa disci-
 pantia suspecti esse non possunt. Accidit
 quod qui scholastico more de pluribus disci-
 ruerunt, eas dissertationes scholarum terminis
 circumscriserint, neq; in vulgus ea apperire

Quanta sit
 differentia in-
 ter scholasti-
 cas disputa-
 tiones, & Eu-
 gelicorum cō-
 certationes.

lucem hominum temerè extulerint. Quam
 ne factum est, vt Catholica concordia ijs disci-
 pulationibus discissa atque labefacta mutua
 fuerit. In istis verò Euangelicorum propo-
 primò de summa fidei, & veritate præcipuo-
 rum articulorum religionis disceptatur: de
 de partes ea in conciones populares, atq; in
 lucem hominum asserunt, ac ad suarum
 nionum defensionem atque tutelam primò

Euangelicorū
 doctrinam se-
 minariū esse
 simultatum,
 odij atq; belli:
 quis igitur
 nō dixerit no-
 tum Euange-
 lium esse se-
 ditiosum?

Viros & populum incitant atq; inflamant
 vnde simultates inter magnates, odia in vni-
 ac tandem bella exitiabilia profiscuntur. Ita
 quid ego in his explicandis longior sum, cum
 ea ita esse præsens Christianæ rei publicæ & Re-
 perij Romani status liquidò demonstratū
 re pergo.

NORMA

NORMA SEXTA.

SEXTA Norma hinc dicitur, quòd cum spiritus ille diuinus, qui omnis veritatis Evangelicæ pax & auctor nobis est, mansuetudinis ac patientiæ cultum nobis præcipuè commendet: at in his nouis doctrinæ reformatoribus immanissima feritas, et ab humanitate atq; ratione omni abhorrens contuiciandi libido appareat: satis magnum argumentum hoc sit, vt cum lenitatis atq; patientiæ spiritu vacent, doctrinæ etiam synceritate vacare eos existimemus. Etenim cum de veritate alicuius dogmatis disquisitio aliqua suscipienda est, omnia miscent conuicijs, ac furiosis planè virulentia suæ blasphemijs, nullo veterum Theologorum exemplo. Quod vt probemus, demonstratore opus non habemus: sed indicant eorum scripta furorem quendam insanum, & beluinam, adeoque ab humano ingenio abhorrentem feritatem spirantia.

Euangelicos
et inhumanos
& ad calumnias
conuicia
que pronos
esse.

NORMA SEPTIMA.

PROCEDAMUS nunc ad septimam normam, quæ à diuo Paulo proposita est, cum inquit venturos, qui scientiæ fastu elati, veram atque genuinam doctrinam non sint sustenturi. Quod quam recte & quadret in istos Euangelij iactatores

Lutherana
doctrinae tu-
tor, insolentia
& arrogancia,

Lutheri su-
perba dicta.

iacitatores, hinc perspicitur, quod temerari
atque inaudita prorsus superbia tumentes
Euangelium mundo restituisse purum, quod
ab Apostolorum tempore vsque in haec aetate
impurum maiores nostri habuerint, impu-
dendissimè iactare audeant. Verum ne-
lumniose quis ea dici arbitretur à nobis, verum
Lutheri saltem verba quaedam ex libro contra
Anglię regem edito recitabimus. Ex quibus
quanta fuerit in isto homine arrogancia, qui-
uis facillè intelliget. Ego verò, inquit, aduersus
dicta patrum, hominum, Angelorum, demonum,
pono non antiquum vsum, non multitudinem
hominum, sed vnius maiestatis aciem
verbum, Euangelium, quod ipsimet cogunt
probare. Hic sto, hic sedeo, hic maneo, hic
or, hic triũpho hic instulto Papistis, Thomis-
Henricistis, sophystis & omnibus porris in-
nedum dictis hominũ, quantumuis sanctorum
& consuetudini fallaci. Dei: Dei verbum
super omnia, Diuina maiestas mecum
vt nihil curem, si mille Augustini, mille Cypri-
ani, mille Ecclesie Henricianae contra me lo-
rent. Deus errare & fallere non potest. Augu-
stinus & Cyprianus, sicut omnes electi errare
potuerunt, & errauerunt. Et alibi. Si scilicet
Christi sumus, quis est iste stolidus rex qui nos
mendacijs nos Papae facere molitur. Nos sumus
sumus Papae, sed Papa noster est: nostrum
est iudicari ab ipso, sed ipsum iudicare. Spiritus
tualis enim à nullo iudicatur, & ipse iudicat
omnes

omnes quia verum est omnia nostra, etiam Pa-
pa, quanto magis fordes istæ & labes hominū
Thomistæ & Henrici. Idem in libro contra sta-
tum Ecclesiasticorum ædito. His certiores vos
facio, me de cætero vobis nō amplius eum ho-
norem exhibiturum esse, vt me submitterem
vel vobis, vel etiam vlli Angelo de cælo ad iudi-
candum, aut examinandum doctrinam meam:
nam stultæ humilitati satisfactū est iam tertio
Vvormatiæ, & tamen nihil prodest, sed volo
audire, & iuxta doctrinam sancti Petri, doctri-
næ meæ rationem ostendere coram vniuerso
mundo, eamq; habere iudicatam à quolibet,
etiam à cunctis Angelis. Cū n. de ea certus
sim, volo per eam et vester, & Angelorum quo-
que (vt Paulus ait) iudex esse, vt quisquis do-
ctrinam meam non acceptauerit, saluari non
possit. Hæc ille. Ex quibus, ceū leonem ex vn-
guibus, spiritum Lutheri agnoscere quis haud
difficulter potest.

NORMA OCTAVA.

Hæc ab instabilitate dogmatum sumitur,
que tanta in ipsorum monumentis atq; scri-
ptis ostenditur, quantam explicare sermone
præfenti haud queo. Etenim qui Lutheri scri-
pta, diuersis temporibus ædita conferre non
grauabitur, facile animaduertet, neque prima
cum medijs, neque media cum vltimis con-
gruere

Scripta Lu-
therana sibi-
ipsis nusquā
constare, sed
cameleontis
pelle mutabi-
liora esse.

Melanchto-
nis mera in-
constantia.

Confessionis
Augustanæ
immutabi-
litas.

gruere atque consentire. Id quod etiam in
bris Melanchronis apparet, atque deprecatur.
ditur. Nam cum is antea omnia ex necessitate
absoluta dependere, cum Luchero affirmatis
palinodiam postea canens, ita sentire Melan-
chiam furorem esse palam asseueravit. Quæ
etiam confessionem Augustanam, cuius tanta
veritatis immotam veluti soliditatem in
autumant, aliquoties mutasse non obscure
agnoscet, si quis eius operis exemplaria, quibus
temporibus ædita, conferre inter se velit. Erunt
multa paucis explicem, atque explanem, mul-
tus ferè eorū, qui à veteribus discesserunt, qui
perpetuò eandem sententiam de religionis dog-
matibus retineat. Cum itaq; nulla stabilitas
ma dogmatum præceptio in ipsis etiam aucto-
ribus existat: nam se Euangelicæ veritatis
vna & consentiens sibi est, inuiti iactare non
possunt, sed ignorantia & studio peruersi
Ecclesiæ in omnibus contradicendi, in variis
opinionum fluctus abripi, atq; abducendi
merito existimandum erit.

NORMA NON

His omnibus accedit noua Norma, quæ
eorum mendacijs impudentissimis
bus onerant veteris Ecclesiæ omnes Dogmata
erui potest. Etenim vt vererem Ecclesiæ
uisam atq; odiosam apud plerosque præsentem

verò imperitiores, & rerum ignaros reddant. Fingunt Catholicos docuisse, nullum esse peccatum originale, hominem suis proprijs viribus legi Dei posse satisfacere, & sine spiritu sancto posse diligere Deum supra omnia. Bona opera, seu potius externam disciplinam mereri remissionem peccatorum. Hominem suis viribus satisfacere pro peccatis posse. Contritionem sine fide vtilem, imò sufficientem esse ad conversionem. Iustificationem non esse gratiam. Ceremonias externas iustificare homines, & reliqua eiusmodi opinionum perverta. Hæc, inquam, fingunt à veterib. atque Catholicis Doctoribus venditata ac asserta esse: sed ubi & à quibus non probant, neque etiam si maxime velint, probare possunt.

Quando verò appertissima mendacia confingant in alios: cur non diaboli potius, qui mendax & calumniator semper fuit, satellites, quam spiritus, veritatis & sinceritatis omnis authoris assedæ iudicari haberique debeant?

Evangelicorum mendacia conficta in Catholicos

Lutheranos doctores ac prædicantes diaboli satellites esse.

NORMA DECIMA.

Hæc inde aded deduci potest, quod contempta spretaque omni expositione pijs simorum atque doctissimorum Patrum, immodò repudiata etiam traditione Apostolica in omnibus controuersijs ad solum scripturæ corticem prouocent. Quod sanè quando cum hæreticis,

Hæreticos Patrum doctrinam, traditionemque Ecclesiasticam ferre non posse.

reticis, qui quidem Ecclesiam omnibus temporibus oppugnarunt, commune habentur ex sanctorum Patrum monumentis manifestum fit, cur hæreseos suspecti nobis non esse debeant, haud satis intelligo.

NORMA V. DECIMA.

Reliqua est vndecima, & vltima norma, quæ ab auctore atque monstratore Christo quoque proficiscitur. Is enim sapienter, vult præmonet, extremis temporibus non meliora, sed peiora futura, ac in deterius ruitura tempora: quo minus existimare debeamus, tota seculis ignoratam religionem omnem esse, cultum diuini numinis nesciuisse homines, nunc demum talia inuenta, qualia ad doctrinæ summam absolutionem requirantur.

Euangelicorum hæresim sub his malis comprehendit, de quibus Christus extremis seculis aduenturus. Prædixit.

Epilogus.

Cum itaque apud Catholicos in expositionibus sacrarum scripturarum priuatis Euangelicorum expositionibus summus consensus omnium doctissimorum sanctissimorumque Ecclesie Dei doctorum opponatur. Cum Euangelicorum dogmata pleraque hæreseos ex antiquitatis monumentis animaduertantur, tum ex solido ac vera dialectica, eorum tum argumentationes, tum reprehensiones, pleraque physice atque absurditatis manifeste redarguantur. Cum ex pessimis tum opinionum, tum

estates & Principes maledici & contumaces, certissimi Catholicæ Ecclesiæ hostes, sanctissimorum Sacramentorum contaminatores & conculcatores scelestissimi, Retincores & Anabaptista, sacrilegi Templorum effracto- res, sacrorum vasorum violenti fures, calicum & patenarum impijssimi conflatores. Egregij verò purioris Christianismi, verbi & Euan- gelij doctores, qui aliena sibi vindicare do- cent, bona sacerdotum, & Monachorum au- daacter diripere, loca Deo dicata ornamentis & prouentibus spoliare, sacrosancta altaria sceleratis manibus subuertere, direptis feretris & cimelijs, abiectisq; sacris reliquijs, omnem sanctorum memoriam abolere, Basilicas regis gloriæ omni pristino ornatu, cultuq; nu- tare, atque adeò tanquam vacuum quoddam horreum incultas, desolataeque relinquere. O feros Euangelicos, qui dissidia serunt, tumultus excitant, seditiosis concionibus simplex vulgus dementant, ad omnem carnis petu- lantiam ostium aperiunt, quicquid hætenus sacrum fuit & sanctum, impudentissimè pro- phanant, ad sacrilegas rapinas, auaros Prin- cipes & Magistratus extimulant, ad expilan- da deniq; scrinia diuitum factiosam plebecu- lam tacitè pronocant. Hæccine, rogo, est Chri- stiana libertas, doctrina Evangelica, purior Christianismus? Siccinè faciundum docuit Christus? monuerunt Apostoli? hortati sunt Prophetæ? Vbi nunc, pròh pudor, sublimis

Ccc nostrorum

Studium E-
uangelicorū
doctorum.

Germanorū
pristina vir-
tus labefacta-
ta.

Doctorum vi-
rorum cater-
ua quid pro-
fuerit Ger-
mania.

nostrorum Germanorum spiritus, Solemnitas, animi sagacitas, exacta eruditio, genus candor, inuicta constantia, totius iactata libertas? Vbi est, dico, prodigiosa strorum literatura, linguarum perita & frequentia toties plenis buccis celebrata? Vbi illustres veri ad miraculum vsquē docti ob raram eruditionem, facundiam, eruditionem & linguas Erasmus Roterodamus & nonnulli magnificis preconijs orbis celebresque reddiderunt? Quonam ruerunt eximia illa Encomia? Quis vsquam accessit Ecclesie Dei ex tam amplexu, & multifaria eruditione? Quoties prece, rex omni illo ratopere laudatorum ge opposuit se murum pro Domo Dei? Nihil quid non stultam fecit sapientiam eorum, superbis resistit? omnemque mundanā sapientiam infatuauit amator humilium. Nunquid non infideles inuenti sunt, & infurum, hoc est rapacium Hæresiarum, obscuratum est insipiens cor eorum, confessionis suæ limites transgressi, plus volunt quàm oportet? Nonne dicentes iam se sapere, reuera stulti facti sunt? Nonne resipiscere possunt, postquam ab Catholice Ecclesie semeripos segregatum obtenebratum est enim iusto Dei iudicium, carnalis concupiscentiæ, terribiliter in fuscans & exacans lumē rectæ rationis.

rio namq; sensu, Demone & carne miserabi-
 ter fascinati, videre nequeunt clarissimum
 alioqui lumen syncerę veritatis. Libet proinde
 eorum nomine, qui affliguntur super contri-
 tione Ioseph, prophetica voce lamentabiliter
 exclamare. Heu, heu, heu Domine Deus nun-
 quid proiciens nos Germanos, & vastissima
 regna Aquilonis abominata est anima tua?
 Quare ergo percussisti nos ita, vt nulla sit sa-
 nitas? Expectauimus pacem, & non est bo-
 num, & tempus curationis, & ecce turbatio.
 Cognouimus Domine impietates nostras, ini-
 quitates Patrum nostrum, quia peccauimus
 tibi. Ne des nos in opprobrium sempiternum
 propter nomen tuum, neq; facias nobis con-
 tumeliam, vt dominantur nostri Gentes quę
 non nouerunt te. Ergo ne, benignissime ama-
 tor hominum Deus, decepisti Populum istum,
 & nullus verę sapiens & orthodoxus est inter
 eos? Nemo ex tot doctis, solertibus & canis-
 tima apertam fraudem fucos & nebulas versi-
 bellium impostorum adhuc deprehendit, vel
 intelligit? Siccinę nullus est in vastissimis re-
 gionibus Aquilonis ita cordatus & sapiens,
 liberq; spiritu, qui vel nunc rapaces lupos sub-
 vellere ouium agnoscat? qui post tot flagitia,
 tumultus & scandala à fructibus arbores dis-
 cernat? qui pro domo Dei zelans iniquitati &
 impietati opponere se audeat? Quomodo ob-
 texit caligine in furore suo Dominus filiam
 Syon? Projecit de celo in terram inclytam na-

Ccc 2 tionem

Doct ifasci-
 nati.

Exclamatio
 prophetica.

tionem nostram Germanicam, & non discordatus scabelli pedum suorū, tot insignium Monasteriorum & collegiorum in die regni ris sui. Quid enim profuere tot censura, & na, strages & bella, Concilia, comitia & col- quia? aut quid intentatum sanandis errantibus animis iam octo vel nouem summi Pontifices, & religiosissimi Imperatores Carolus Ferdinandus & Maximilianus reliquerunt? An non aperte verissimam hinc esse terribilem illam scripturæ sententiam prespicimus: neminem posse corrigere, quem Deus desperarit? Homines enim mente corrupti proficiunt in peius, errantes ipsi, & alios in errorem adducunt: peruersi difficilè corriguntur, & peccatorum infinitus est numerus. At tu Domine, misericors & terribilis in consilio, miserere per filios hominum, altiore consilio miserere tuis, cui miseris es, & misericordiam prestabis illi, cuius miseris. Vè interim miserere à scandalis, ab hæresibus, à Pseudoeuangelicis, à falsis Prophetis. Sed tu Domine, qui sunt tui, quantumuis in medio peccatorum hominum agant, & in tanta impietate liter idololatrantium turba. Nec dubites quin reliqueris tibi adhuc plerosque, qui abscondito mœrent & lugent super conuictum Ioseph, viros signatos signo Thau in frontibus suis, qui non curauerunt genua seculi Baal, nec oculos suos leuauerunt ad Iacob Israël. Alioquin, quomodo iustissime Domine

Germaniæ
præuarcario-
nem, cur Deus
tam diu ferat
patienter.

cui exosus est cum iniquitate sua impius, tot nationum grauiſſima flagitia, ſcelera & blaſphemias tam æquanimiter diuq; ferres? Sed ò miram & prorsus ineffabilem tuam patientiã: O placidiſſimam benignitatem, & mitem longanimitatem: oppreſſionem, lachrymas, atq; ſingultus electorum ad te clamantium audire diſſimulas, ac velut ignorare videris, vt Populus præuaricator tam incredibili manuſuetudine & tot annorum dilatione, ac impunitate prouocatus, tandem aliquandò ad ſalubriter percutientem, & placidiſſimè expectantem conuertatur & viuat, quod vt maturè fiat, age tu, qui in Trinitate perfectè vi-

uis, & totius mundi machinam

nuto gubernas **D E V S**

vnus in æuum.

• **A M E N.**

F I N I S.



